

Band IV., Nr. 970, Seite 18-19

Bischof Heinrich von Konstanz bekundet, dass sein Dienstmann, der edle Hermann von Arbon, einen Hof in Berg durch des Bischofs Hand dem Kloster Weißenau gegen einen genannten jährlichen Zins übertragen, dieses Kloster aber hernach den Hof, unter Zustimmung Hermanns, dem Kloster Kreuzlingen verkauft und der Abt des letzteren die Vogtei über den Hof unter genannten näheren Bedingungen ihm, dem Bischof, überlassen habe.

Konstanz, 1241. März 4.

Hainricus, dei gratia Constantiensis episcopus, universis hanc paginam inspecturis noticiam geste rei. Que gerunter in tempore, ne labantur cum tempore, scripti solent testimonio perhennari. Noverit igitur presens etas, sciat et omnis futura posteritas, quod vir illustris Hermannus de Arbona, ecclesie nostre ministerialis, curtem in Berge sitam, quam iure proprietatis habebat, pro remedio anime coniugis sue domine Mechtildis simul et pro anima sua ac parentum suorum, ecclesie Augiensi apud Ravenspvrch per manum nostram et per capituli nostri consensum tradi procuravit. Siquidem eandem curtem in manus nostras tradidit et nos consequenter eandem curtem sub annuo censu, unius videlicet corporalis, venerabili preposito Avgiensi Vvlrico suisque confratribus, deo inibi in posterum servituris, cum omni iure suo concessimus perpetuo possidendam. Elapsis igitur aliquot annis, quibus Avgiensis ecclesia sepedictam curtem legitime ac pacifice possedit, placuit venerabili preposito Hermannus suisque fratribus, ut sepefatam curtem venditione alienarent, causa et utilitate monasterii sui sic exigente. De bona igitur voluntate predicti Hermanni de Arbona memorati fratres de Avgia a venerabili abbate Sivrido de Crucelingin centum marcas argenti receperunt et sepedictam curtem in manus nostras resignarunt, et nos consequenter, presente et consenciente capitulo nostro, ipsam curtem cum omni iure suo monasterio de Crvcelino in manus Sivridi abbatis perpetuo ac libere tradidimus possidendam. Hiis omnibus rite peractis, Sivridus abbas advocatiam super eandem curtem in Berge nobis commisit manutenendam, adiciens in commissionem, quod nulli laicorum liceat nobis conmit[t]ere aut ullo unquam tempore infeodare, aut ullum exigere tributarium servitium, set singulis annis duos anderes de ipsa advocatia nobis dari constituit. Successores vero nostri nichil in advocatia illa habebunt, nisi abbas de Crucelino, qui pro tempore fuerit, denuo eis eam conmit[t]ere curaverit. Ut autem hec in posterum inconvulsa permaneant, paginam hanc nostro simul et chori nostri sigillis roboravimus.

 Acta sunt hec Constantie, in sacratario nostro, anno dominice incarnationis M^o.

II

CC^o. XL^o. primo, quarto nonas Martii, indictione quarta decima, presentibus domino Peregrino, maioris ecclesie, domino Eberhardo sancti Stephani prepositis, Bvrchardo maioris ecclesie decano, magistro Ortolfo, Hainrico de Raprechtswiler¹, Otenone, Walthero Dihtlario, Hilteboldo, maioris ecclesie canonicis, Hainrico sculteto Constantie, Ottone Johilario et aliis quam pluribus clericis ac laicis presentibus. In domino feliciter. Amen.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An dicken, roten Seidenstrang hängt links das bischöfliche, an grüner Seidenschnur rechts das Kapitelsiegel, beide sehr gut erhalten, von schönem zinnoberrotem Wachs. Über die Siegelfiguren und die Umschriften vgl. die Urkunde Nr. 870 (WUB, Bd. III, S. 368).

¹Rapperswilen, Kt. Thurgau, Schweiz, oder Rappertsweiler, Tettngang, FN ?

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Thurgau

Signatur/Titel des Originals:

7'33 (Kreuzlingen, Schwäbisches Archiv) (Lade H 52, Nr. 2)

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Konstanz

Aussteller:

Heinrich; Bischof von Konstanz (1233-1248)

Ortsindex:

Arbon, Kt. Thurgau, Schweiz
 Berg Wohnplatz (17851)
 Berg, Friedrichshafen, FN
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Kreuzlingen, Kt. Thurgau, Schweiz
 Rapperswilen, Kt. Thurgau, Schweiz
 Rappertsweiler Wohnplatz (18353)
 Rappertsweiler, Tettnang, FN
 Weißenau Wohnplatz (20163)
 Weißenau, Ravensburg, RV